Copiose la portada.

M. S. 4.º pergamino, foliado hasta el 76., completo, bien tratado.

R.= Lopez. Animast. metaphisic.







Liber 2.us Metaphisicæ

Correspondens 1.o Dictatur ab ipso P.e Philippo Lopez, et scripto á Fran.co Xaverio Lopez Zebrero, anno Dni 1761.







Liber 3.^ius^

De corpore simplici, et mixto.

Legi domesticae postquam morem gessimus exordientes a libris de generatione, et corruptione, nunc retrogredi pergimus, ad libros Aristotelis de Caelo, immediate locatos ordine Aristotelico post illos 8 de auscultatione physica. De Caelo nuncupatio, quam libri solent non immerito inscriptionem ex pleniori titulo sortiri ex praestantiori, quod in ipsis tractatur.

Cum quidem Caelum subjectum nobilius eorum 4 librorum, in quibus agit Aristoteles de corporibus simplicibus Caelesti, et elementari; fuit de Caelo, et elementis. Post hunc tractatum, injecit ijs, qui de generatione, et corruptione. Alios 4^or^ vero libros dispensuit Philosophus de corpore mixto, quos de metheoris inscripsit, nos omnia in hoc libro ut praefixus titulus edocet.

Sectio I.a

De caelo.

Subsectio I.a

Caelorum anima nulla.

1. Astrologiæ peritissimi, Creditique Inventores Caldei Celestia Corpora primi dicuntur animata. Caldeis addidere suffragium Clari veteres Philosophiæ Principes atque Graecis quoque Egyptii. Horum alii unam duntaxat toti Mundo tribuerunt velut cuidam Ali basissimo, alii singulis orbibus Caeli animam singulam, alii suam peculiarem atque unicuique stellarum.

2. Cursus igitur se divisi agnovere aliqui solum intelligentiam in corporum Caelestium atque non nulli quoque virtutem etiam alterius, crederentque alii Sidera ex attractis in alto humoribus Occeani. Hebraeorum quoque et Arabum non nulli Caelum credidere animatum, et cum Celebri illo Egyptiaco Claudio Ptholomeo



Ptholemeo Astrologiæ Complures Sententiæ istæ Origenes tenuit, subjungens ipse stellas vitiorum, et virtutum esse capaces in actionibus quæ studiosi proficere et deficere; et demum pro peccatis etiam stellarum Apostolum Dominum esse mortuum.

3. Sententiæ, in qua Cæli dicuntur animati, probabilem sensit Aureolus in 2.° dist. 14. quæst. 2. artic. 2, et quæst. etiam 3, ut refert Comptonus, apud quem et favet ejus opinioni Cajetanus in psalmo 135, et dubitat de animatione Cælorum Dionisius Cartucianus. Capreolus tamen et Gabriel apud Conimbricenses quæst. 1.ª in cap. 1.° lib. 2. de Cælo judicant fidei esse non esse dissonam.

4. Falsam et erroneam apellat S.tus Bonaventura. et hoc ipsum nobis videri, addunt ibi Conimbricenses. Verum quia D. Hieronimus eam numerat inter Origenis errores, et a S.to Epiphanio, atque Ireneo inter damnata Marcosiorum dogmata. Deinde quia Cælorum, Lunæ, Solis, et Astra esse animata, unum est dictorum Origenis, quæ S.ta Sinodus generalis (ea coactis Constantinopoli 2.ª) sub anatemate explosit, uti refert Nicephorus lib. 17. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 27. et 28.

5. Contrariam de corporum Cælestium animatione sententiæ supponunt Philosophi, et Theologi cum Ecclesiæ PP. fere omnibus. Equidem S.tus Augustinus quia aliquibus in locis in favorem illius sententiam dixerat, ipse

reprehendit suam Retractationum lib. 1. cap. 5. et lib. eiusd. 2. cap. 7. Et pie credunt S.tus Thomas, S.tus Bonaventura, et magnus Albertus verbis dissidere, et re convenire cum, qui Caelum ab expertae sese ajunt esse animatum vocant.

6. Isti enim Angelos Caelorum vocant intelligentias motrices, non informantes sed assistentes; hoc vero illi non inficiant. Deserviet haec pia interpretatio ad Patrum locutiones aliquas, si forte occurrat, pro Caelorum animatione, benigne, quantum par erit, vero in sensu excipiendas, et explicandas. Vera sententia probatur philosophice: quia Anima est actus corporis organici; Caelum non est corpus organicum: ergo. Quis in Caelesti corpore designavit distinctionem et varietatem organorum; nisi poetice, immo ridicule fingat, Caelum videre per Solem quasi per oculum, percutiunque Polum diamque per aurem Caelum audire seu hujusmodi alia?

7. Nec dicas, non requiri organizationem ad animam pure loco motivam, et animam hujusmodi Caelum animari; nam et contradicit doctrinae Aristotelis magistri citati; et supponit, quod sensit contrarium impossibile, animam scilicet pure loco motivam, eamque in caelesti corpore collocat, cujus motus perpetuus est in mole pene immensa, proindeque validissimam virtutem exigit ad se dendum difficile atque imperfectissime.

8. Et deinde, Orbes Caelestes non ab intrinseco sui moveri, sed ab inteligentijs, hoc est, Angelis ad hoc deputatis, adeo certum habet, ut Angelicus Doctor quaest. 6. de potentia artic. 3 pronunciet: fidei sententia est, quod substantiae separatae, sive Angeli moveant corpora Caelestia. Insinuari facit illud ex Job cap. 9: sub quo curbant, qui portant, ~~~ Angeli nimirum. Nec trahunt in dubium verba illa ex Ecclesiaste: in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur, nam ibi spiritus Job appellat spiritus ob influxum, quem praestat in multorum vitam.

9. Denique nec dubium est huic sententiae Aristoteles ut exisfimarunt aliqui, aut lib. 2. de Caelo cap. 2. text. 13. aut lib. 12. metaph. cap. 7: nam intelligendus est loqui de anima, hoc est, intelligentia non informante, sed asistente, et ea, quae ibi predicat inteligendum est, enuntiare de Caelo per eum sua inteligentia. Sic dictiones, aperitum, actiones refert in citatis locis non ad Caelum 2. se.

10. Imo dissonat sibi ipsi Aristoteles dum 8. physicorum text. 4, et 41 docet, motorem Orbis Caelestis uniri cum suo Orbe contactu virtutis. Constat autem, unionem animae cum suo corpore non esse per contactum, sed unionem altenius rationis; Constat item dum cap. ultimo ejusdem lib. physicorum text. 48 ait, quod Caeli motor consistit in ea circumferentiae parte, ubi sfera Caelestis rapidissima vertigine circumvolvitur.

Unde infert, ex sent.ª Arlis virtutẽ Cœli motricẽ ñ ẽẽ ãq informantẽ ipsũ Cœlũ: quippe aliàs ãa in tota sphera Cœlesti esset, ñ in sola ea pte circũferentiæ.

Subsectio 2.ª

Cœleste corpus incorruptibile.

11. Phus lib. 1. de Cœlo cap. 2. ex variis raonib.s deducit, aliq quandõ in raõne rerũ corporis substãq esse ptẽ eas corporũ Institutiones, quæ hic sunt, diuinioreq his uniuersis :::::::::::: corp.s quippiã aliud ptẽ ea corpora, quæ hic et circa nos sunt, separatũ, tanto præstantioreq habens naã, quanto plus ab istis corporibus distat.

12. Hic corporis, siue corporea substãa, corp.s istud separatũ est q.o Arlis, ẽ Cœlũ diuersũ ap.d ipsũ nãã tũ à corpore quovis sublunari resultante ex quatuor elementorũ omixtione, tũ ab ipsis quatuor elementis. Id circo post ebulgatã hanc Arlis et discipulorũ ejus sent.ã quasi in pverbiũ avit quinta substãa Peripateticorũ.

12. Præstantiæ

hujus quinque substantiae supra reliquas pure cor-
poreas ostendit ipsius incorruptibilitas quamvis certis ver-
bis docet Philosophus lib. 1. de Caelo cap. 3; in 2. etiam cap. 1. et
alibi. Docent quoque S.[tus] Dionisius de divinis nomi-
nibus cap. 4. S.[tus] Thomas 1. p. qu. 66. artic. 2. et in
2.[o] dist. 14. qu. 2. plerique insuper ex Sanctis P.P. ut testatur
Comptonus, et demum tota fere Schola Peripatetica ap.[d] Co-
nimbricenses.

13. Ab hac tamen doctrina recedunt non pauci Phi-
ac Theologi Recentesque Astrologi et Prisci ante Arist. Philos.
Supponunt hic, et admittunt, vel omittunt illi V. sententiae de-
fensores, corpus Caeleste esse compositum ex materia, et forma substantiali.
Et hac facta supositione, non quaeritur de corruptibilitate per abso-
lutam Dei potentiam, sed de naturali corruptibilitate, seu per virtutem
agentium naturalium; Quaestioni vero non subjicitur Caelum Empi-
reum cujus naturalis incorruptibilitas facilius admittitur et uni-
versalius.

14. Vera et Peripatetica sententia variis probatur rationibus,
sed una non alia firmius, quae desumpta ab experientia, et quae in
modum istum proponitur: post tot jam saecula ab Orbe condito
nil adhuc passus est corruptionis Mundus Caelestis, quamvis
perpetuo agitatus, et proximus igni natura sua valde activi,
et voracis: ergo Mundus Caelestis est naturaliter incorruptibilis.

Bonitatis eorum Adversarij etiam vident, qui proinde resistunt antea.

15. Probo: plures magnaeque partes Mundi Coelestis post tot secula nil adhuc passae sunt corruptionis: ergo. Patet antecedens; quia in multis, et magnis partibus Mundi Coelestis observata est hucusque mirabili adeo constantia, ut nullam mutationem notari, vel illi pervigiles, et insomnes homines observatores Siderum, atque Coelorum, etiam instructi prius atque, et industriam tubis illis coadjutoribus oculorum.

16. Probo consequentia: si partes illae nullam adhuc passae sunt corruptionem, incredibile est eas non esse incorruptibiles saltem naturaliter; sed si partes illae sunt naturaliter incorruptibiles, Mundus Coelestis nil adhuc est passus corruptionis; nam ipsius omnes partes sunt rationis ejusdem quoad corruptibilitatem, vel incorruptibilitatem: ergo. Suadet primam frequens inconstantia, quam observamus in rebus corruptibilibus, et constantissima per tot secula applicatio agentis corruptibilis, atque activissimi ad partes illas Mundi Coelestis. D

17. Sed illico reponent contrarij: observatae sunt mutationes substantiales multis in partibus Coelestis Mundi; sed partes sunt rationis ejusdem quoad corruptibilitatem et incorruptibilitatem: ergo Mundus Coelestis est corruptibilis. Majorem abunde stabilivit. Primo ex generatione novarum Stellarum, quas ignoravit

#51

antiquitas. 2.º ex generatione Cometarum denuò aparentium. 3.º
ex corruptionis indicio, q.d pueveniunt maculæ in multis Side
ribus, in Luna, et Sole ipso deprehensæ per tubum opticum, n. samque
distantes; ita multa alia hujusmodi.

18. Nos vero Dicimus ad objecta sillogismi
negamus de substantiali mutatione naturali. Ad probationem dicimus,
nullam de novo stellam, possibilem [illegible] nisi miraculosè productam
fuisse. Rursus Cometas non esse corpora Cœlestia, nec ex
Cœli aliquo corpore generari. Denique eas maculas inconstan
tes nullum esse corruptionis indicium, nec mutationis in sideribus,
quia fortassis ob alicujus corporis impositionem aparent observan
tibus obnubilata. De his plura inferius.

19. Urgens objicit Scrip
tura Sancta in epist. 2. D. Petri cap. 3. dicit: Cœli autem, qui
nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reser
vati in die judicii: ergo Cœli corrumpentur in die judicii; ergo sunt
corruptibiles. Hæc adducunt Adversarii, satisfaciet qui di
cat nomine Cœli in citato loco, sicut alibi sæpe in Scrip
tura Sancta, aerem intelligi: namque ibidem S.ctus Petrus distinguit Cœlum
ab elementis per hæc sequentia verba: adveniet autem dies
Domini ut fur, in quo Cœli magno impetu transient, elemen
ta verò calore solventur.

20. [illegible] quæ in Scrip.ra Sacra proferantur

in adventu diei D[omi]ni p[er] q[uem] Coeli ardentes solvent[ur], et Cle
menta ignis ardore tabescent; novos vero Coelos et novam
terram 2.o promissa ipsius expectamus. Haec, adunt iterum,
[illegible], qui dicat, Coelum et terram [illegible] mutary in[ter]
[illegible] accidentia darum non sed substantiam; certe enim substantialis
mutationis significat[ur] p[er] verba dissolui, et ardere.

21. Accedit, q[uo]d
Psalmo 101. à versiculo 26. dicit_ opera manuum tuarum sunt
Coeli. Ipsi peribunt tu autem permanes; et omnes sicut ves
timentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos et mu
tabunt[ur]. Et cap. 17. Ecclesiastici versic. 30: quid lucidius
Sole? et hic deficiet. Lucae 21. versic. 33. Coelum et terra
transibunt.

22. Resp[onde]o his testimonijs n[on] p[ro]bari Coelos destruen
dos esse realiter: unde n[on] dvincunt realem Coelorum corrupt
ibilitatem. Addo 1.o S. Augustinum citatum hic à Conimbri
censibus docere in 1. de genesi ad literam cap. 2. et 3. et in
explanatione Psalmi 101. scripturae testimonia in quibus
significari videtur Coelos esse corrumpendos, interpretanda esse
de aere.

23 Et D. Patrum in locis allegatis de vere sic intelligi, ex eo
p[ro]bant Conimbricenses, q[uo]d prius diperat Coelos et terram illuvione
aquarum perijsse: cum autem sit manifestum, ad Celestes globos n[on]

155

attigisse aquas diluvij, colligitur nomine Coeli, prius posito

Aerem significari, ergo ex lege idestur eundem significari eodem no

mine posterius immediate posito, quem addit S. tus Petrus; Coeli

autem qui nunc sunt &c.a

24 Quod vero inferius Coelos et ele

menta distinguat intelligentiae dare non obstat: quia vel loquitur

iterum de Aere simul cum aliis elementis, vel per elementa terre

stria designat, et aquas, et forinsecus etiam Aerem terrae vicinum, sig

nificato prius per nomen Coeli aere magis propinquo globis

Coelestibus. Addo 2o verborum in textibus adductis non esse

energiam, quae cogat admittere corporum Coelestium mutationem esse

substantialem.

25 Secundo Coeli transibunt magno impetu quia ut sen

sere probabile Doct.r Eximius tom. 2. in 3 p. disp. 58.

sect. 3. in die judicij Coeli siderei velocius [illegible],

ut fere Coelos rapiant Aereos, et velocissimo illo motu [illegible]

ad ignis accentionem transibunt: quia diversis metheoris, pro

Coelis et tempestatibus ita perturbavit Aer, ut Coeli transfire

ergo ex suis cardinibus, et velli sibi evanescere videantur.

26 Et

propter hanc eandem rationem dici de eis potest, quod ardentes solventur,

si de Coelis sidereis verba illa accipiantur. Nulla hinc substantia

lis mutatio in Coelis. Deinde, per miraculosum ignis [illegible]

Sic innovabuntur quoad qualitates ut videantur Coeli novi. Huc facit illud Isaiae cap. 30 versic. 26: erit lux Lunae, sicut lux Solis, et lux Solis erit septempliciter sicut lux septem dierum.

27 Quod doctrina cum proportione ad renovationem quoque Elementorum non substantialem, sed accidentalem extenditur a S.to Thoma, Scholasticisque Doctoribus in 4.o Sententiarum dist.e 18, ut adhaerens testatur eruditissimus Cornelius a Lapide in citatum caput D. Petri. Sic adimplebitur Dei promissio facta per Isaiam cap. 65. versiculo 17, et cap. 66. versic. 22. de Coelis, et terra novis, atque praevidit Evangelista Ioannes dicens sic in Apocalipsi: vidi Coelum novum, et terram novam.

28 Primum Coelum et prima terra abiit. Caeterum eorum numero quoad substantiam manentium Coelorum, atque Elementorum probatur ex Sacra pagina: Psalmo 148. versic. 6. dicitur: statuit ea in aeternum et in saeculum saeculi.

29. Ecclesiastes cap. 1. versicul. 4: terra autem in aeternum stat: et cap. 3. versic. 14: didici, quod omnia opera, quae fecit Deus, perseverent in perpetuum. Quae vero ibi dicentur accipimus omnia opera, nisi Coelum, et Elementa?

30. Objicit ex alio capite neq. Arlis auctoritatem Coelorum incorruptibilitati, neque eorum consentanei adeo presentiq ignis. Non 1.º q.ª Arles erravit credens Coelum fuisse ab æterno, et inde intulit eorumq incorruptibilitatem. Non 2.º q.ª ignis in sua sphera (omisso q.d hec sit globis Cœlestibus vicina) ē tenuis, seu rarus, et proinde ñ multum vorax. Resp.º Arles ñ tantum Coelum, sed Mundum credidit ab æterno fuisse; ñ tamen intulit mundana omnia ēē incorruptibilia. Necessitatem ipse probat alicujus corporis distincti nat. ab istis, quæ sublunaria dicimus; et ∂cludit deinde ēē incorruptibile, ingenerabile, et perpetuum.

31. Erravit utique in perpetuitate, quæ ab æternit. trahit. Cum ñ fallat incorruptibilitatem? hæc ad 1.º Dico ad 2.m, q. sicut ignis ēē non potest sine calore summo etiā in sua sphera, ita ēē ñ potest absque magna activitate sua, cujus est ea proprietas adeo activa, nimirum calor. Nec ad rem erit, si dicat, ignem in sua sphera ñ indigere pabulo; et si enim sit ita, nemo velit se credere igni in sphera sua collocato. Adeo ne erit deses, ut curet nil de propagandis specie, vel natiōq exerendi virtutem in passum capax et prope collocatum?

Subsectio 3.a

Cœlestis corporis simplicitas.

32. Quæ simplicitas supponit, quatenus Cœleste corpus non est mixtum, hoc est, resultans ex mixtione elementorum. Hæc est simplicitas, quam ab initio tituli præsentis libri corporibus Cœlestibus tribuimus, eamque quidem cum ea, quæ dicitur elementaris. Supponitur quoque non esse simplex integralis, sed integraliter compositum esse. Ergo quæritur sit ne compositum essentialiter, sive ex materia ad formam?

33. Scholasticorum frequens communis affirmat. [illegible] D. [illegible] disp. 13 Metaphysicæ sect. 10. [illegible] Commentator, ejusque omnes de more sectatores atque ex D. Doctoribus Scholasticis Durandus, Gabriel, aliique in 2.o dist. 12, ubi etiam S. Thomas (singuit Eximius citatus) in eandem sententiam inclinavit qu. 1. art. 1, et in quæstionibus disputatis de spiritualibus Creaturis artic. 6. ad 2.m, item 8. metaphysicæ cap. 10. negat [illegible] talis sententia fuerit Scotus in 2.o dist. 14 qu. 1.

34. Sententiam tamen istam sic adversantur aliqui ut ne possibilem admittant substantiam corpoream completam essentialiter simplicem. Itaque

Ass. per praeviam resolutionem decernimus: possibilis est substantia corporea completa essentialiter simplex. Quod alii in preludio nostrae physicae hanc possibilitatem admisimus, quam hic minus arcte proponimus.

35. Resolutio non aliter probatur melius, quam solvendo objectiones in ipsa occurrentes. Addit congruentia non inepta, quod nimirum sicut in ordine spirituali est possibilis substantia simplex tam incompleta, quam completa, ut sunt anima rationalis, et Angelus, ita in ordine rerum corporeo erit quoque possibilis substantia simplex tam incompleta, quam completa.

36. Sunt hujusmodi, quae objiciunt. Corpus immateriale repugnat ex terminis; sed talis substantia esset corpus immateriale, utpote non habens materiam; ergo. 2°. omne corpus est exigens quantitatem; sed repugnat exigentia quantitatis non composita ex materia: quia ideo requiritur: quia materia est radix extensionis, et quantitatis.

37. 3°. Non est possibile corpus incapax formae accidentalis, vel compositionis cum ea. Ergo nec possibile est corpus incapax formae substantialis, vel compositionis cum ea. 4°. substantia spiritualis componi non potest ex materia, et forma: ergo materialis non potest non componi ex materia, et forma. 5°. esse corpus

et ee intellectibus repugnant; sed omnis substantia simplex est intellectiva: ergo repugnat corpus ... quod sit substantia simplex. Ratio vero ... intelligibilitatis (...) habetur per recessum a materia ... Physic. ... et in 7. Metaphysic. text. 7: omnis substantia, aut forma est, aut materia aut composita ... possibile non est substantia ... simplex.

28 ... Ad 1um dico, immateriale ... accipi. 1o accipitur pro eo non extensum in quantitate, absque mole, et absque exigentia, ... ad istam, vel aliquam naturam, pro re potente naturaliter existere absque ... sensibilitate; et sic ... spirituale. In hac usurpatione repugnat corpus immateriale, et in ipsa non est ... immaterialis substantia, de qua loquimur.

32. Accipitur 2o pro re, quae nec constat ex materia 1a nec sit ipsa materia; et in usurpatione hac est immaterialis substantia illa. Ad 2um omissa maiori, negatur minor, cuius rationem dico, quod licet materia 1a sit radix quantitatis, ... potest tamen esse radix quantitatis ..., quod non est materia 1a ... quidem est radix albedinis, et ... lac, et lignum, siccitatis quoque multae diversaeque substantiae sunt radices.

Ad 3um negatur consequentia: ... sicut datur substantia

40.

Nota

Estas hoj. q.e no son corral, pues sigue el princip. es el folio 9./







spiritali completa capax formae accidentalis, ut patet in Angelis, qui sit capax formae substantialis; sic dari potest materia capax, et incapax. Ad 4um supposito, quod repugnet materia spiritualis, est disparitas haec: spirituale cum non accipiatur nisi negative per exclusionem scilicet, cujusvis corporei, non potest includere materiam, quae corporea est; at cum materiale, seu corporeum non debeat necessario a materia desumi, non omne corpus debet ex materia constare, immo neque ipsam exigere.

11. Ad 5um nego minorem. Et addo, quod si verum est, intellectivitatem haberi per recessum a materia, per materiam non solum est significanda materia prima, sed quidquid non est in materiale juxta 3am acceptionem hujus termini supra positam: unde cum substantia de qua in praesentia, non sit ita in materia; non est cur debeat esse intellectiva.

12. Ad 6um dico, ibi divisionem fieri non omnis substantiae, sed tantum inferioris hujus orbis expositae generationibus, et corruptionibus in compositis. Alias juxta Aristotelem Angeli, (sive intelligentiae, quas agnovit ipse) motrices Caelorum non essent substantiae; cum nec sint formae informantes, nec materia, nec compositum. Adaequata substantiae divisio fieret per incompletam et completam. Incompleta vel est per modum potentiae, ut materia, vel per modum actus, ut forma: completa vero vel est composita ex materia, et forma; vel simplex per exclusionem talis

-positionis.

23. Nunc 2.a resolutio: corpus caeleste est simplex essentialiter. Probatur Auctoritatibus supra datis, favet resolutioni P. Compton disp. 3. de Caelo, sect. 3. et 4. Probatur ita dicendo: substantia completa carens materia 1.a est simplex essentialiter; sed corpus caeleste et est substantia completa, et caret materia 1.a; ergo. Probatur 2.a minor probatur: quaecumque de facto non haberet materiam aptam generationi substantiali, careret materia 1.a; sed corpus caeleste non habet materiam aptam generationi substantiali: ergo. Minor est certa et ipsissima, et talis in omni schola haberi: etenim sensetur a nemine poni de facto in rerum natura materiam 1.am non aptam generationi substantiali.

24. Probatur ex Aristotele: ipse eundem materiam aptam generationi substantiali dicit rerum generabilium; sed corpus caeleste ipse Aristoteles non habere materiam generabilem: ergo. Maior et minor simul suadentur ex hac sententia Aristotelica

|| lib. ultimo metaphysicae text. 10: quaecumque mutantur materiam

|| habent, sed diversam: nam et ipsorum sempiternorum quaecumque

|| non sunt generabilia, sed latione movilia; aliamque non generabilem, sed unde, et quo. Cum Aristoteles asserat quod ex caelestia sunt sempiterna, et quaecumque sempiternorum ingenerabilia negat caelesti corpori materiam generabilem, qua dicendi formula materiam designat aptam generationi exclusive a sempiternis.

45. Stat assumptus modus explicatione textus allegati: Phus talem materiam corpori Cœlesti dedit, quæ non sit ad generationem, sed motum; sed ex supra dictis materia hujusmodi non est materia prima: ergo Phus non dedit corpori Cœlesti compositionem ex materia prima. Constat modus dictus ex illis verbis materiam habet :::::::::: aiamque non generabilem sed unde, et quo; hoc est, sed quantum ad tres (ut explicat Doctor Angelicus) motus localis, qui sunt unde incipit motus, et quo motus intendit.

46. Est igitur, quod Aristoteles attribuit corpori Cœlesti materiam lationis, sive motus localis, quæ certe non debet esse materia prima: ut enim ipse Phus docet 8. Metaphysicæ text. 4. non est necesse, si quid materiam habeat localem, ergo habere materiam generabilem, et corruptibilem. Hic superest, quod Phus in Cœlesti corpore materiam appellat substantiam illam simplicem essentialem, quæ admittenda est ibi, exclusa compositione essentiali.

47. Probatur non nulla in superioribus soluta contradicunt alia doctrinæ primæ. Illa colligitur ex testimoniis scripturæ Sanctæ, et Patrum expositione, Cœlos præter Empyreum reliquos constare ex materia prima: nam in Sacra Scriptura in libro Genesis innuit et Patres in eundem locum exprimunt factos fuisse Cœlos ex aqua præcedente. Deinde cap. 11. Sapientiæ dicitur: omnipotens manus tua creavit orbem terrarum ex materia invisibili.

48. Resp.^o intentu n̄ divina ex scriptura: nq in ipsa ea, quę narrant in I.^o Genesis, benè federant cu eo, q.^d Orbes omnes Cœlestes facti sint in I.^o instanti creationis: tu eni eos factos, ē communis assertio irrefragabilis Doctorum cu D. Thoma multisq.^e P.P., ut subscribens testat Eximius Doct.^r de opere 6. dierum lib. I. cap. 3. Et hac supposita assertione, fundamentum evertit, q.^o innituntur alij P.P. cu Cœli facti dicant ex aqua.

49. Addo in textu Sapientię significari, totu id esse, q.^o Mundus constat, antea n̄ fuisse, sed ex nihilo sui omne fuisse productum, atq.^e in lucem datu ab Omnipotenti. Dici etiā potest, ibidem agi de opere ornatus, et dispositionis; et p.^r mag. informi designari substantias sive compositas, sive simplices prout fuerant in ipsa creatione ante dispositionem, et ornatu accidentale, q.^d postea habuerunt.

50. 2.º Cœlu ē raru et densu: ḡ constat ex mat.ā: Phus eni raru, et densu definibit p.^r multu mat. parvum mat. Dico I.^o, ignobilem mentem p.^r li mat. in definitione rari et densi n̄ intelligi determinatē mat. I.^a Dico 2.º, Cœlu dici raru et densu ex eo, q.^d habeat partes alias magis diafanas magis compactas alias.

§1. 3.º Arles. Cœlos numerat inter res naales, sive distantes naa ab ipsis definita, principium motus et quietis ejus in q.º est &c.ª sed nisi distent subjecto et forma n̄ sunt ita naales: q.ᵘ resp.º cum d.º Compton, Cœlum esse enim naale, seu distans naa sic definita, n̄ formaliter, sed causaliter; quatenus sublunaria quæ sunt formaliter naãl in ea usurpaõne, pendet à Cœli influxu. Dici quoq. potest Phys.ᶜ sic definisse naam tantũ subcœlestem.

§2. Nũc notandum 1.º corruptibile et incorruptibile differre genere, quatenus licet utrumq.ᵉ compositum sit naale; corruptibile tamen ē naale à naa 1.ª, n̄ ita incorruptibile. Et hæc ē ea diff.ᵗᵃ generis, quæ infert Arles ex diversitate expecifica corruptibilis et incorruptibilis naæ, quidq. simpliciter.

§3. 2.º in senten.ª nrã Cœlum et productum fuisse, et conservari p.ʳ actionem creativam: in q.º nulla mod.ᵒ ē difficultas, quæ similis productione, et conservaõne naæ d.ᵉ Deniq. evertitur id à nobis esse illud suppositum de compositione essentiali corporum Cœlestium, sub q.º olim propugnavimus expecificam diversitatem naæ d.ᵉ Cœlestis à sublunari. Dicimus etiã sub eodem supposito, Tunc Cœlorum educatum fuisse in d.ª rerum conditione.

Subsectio 4.ª

Insinuantur alia ad Cœlos spectantia.

54 Astronomis cedimus plura.

De Cœlo alia non nulla indicabimus. Erga Cœlorum numerum diversæ sunt Authorum opiniones. Prodento Cayetano, ut refert Oviedo Controversia unica de Cœlo, punto 4. Concors defendit PP. ac theologorum cœtus dari unum supremum Cœlum, quod Empireum apellatur omnium perfectissimum ob supremum, quem optinet locum, ob nimiam claritatem ob finem, in quem destinatur, ut sit nimirum Christi Domini domicilium, Beatorum receptaculum, theatrum in quo gloria Dei sic Beatis omnibus presentetur, ut ecentia divina clare visa frui liceat in æternum. Proæterea Cœlum sive ejus singulis frequenter, de instituto Cœlo Controversia.

55. At Empireo (ut supra) quot sursum? Sunt qui octo, qui novem, qui decem, qui undecim subesse contendant. Ordinem hunc ipsi attribuunt, ut 1.us nobisque magis vicinus sit Lunæ Cœlum, 2.us Mercurij, 3.us Veneris, 4.us Solis, 5.us Martis, 6.us Iovis, 7.us Saturnij, 8.us Fixarum Stellarum,

sunt n̄ errantiũ: et propterea hoc Cœlũ dicit͂ firma
mentũ et aplanes, id ē, n̄ errans. 9.ᵘᵐ et 10.ᵘᵐ ponunt͂
à suis Authorib.ᵘˢ propter motũ siderũ, quẽ vocant trepi
dationis, aut vibrationis.

56. Motus hujusdi ē accessus et re
cessus corporũ Cœlestiũ jã ad hunc Polũ, jã ad illud. Cœ
lũ 10.ᵘᵐ appellant 1.ᵘᵐ mobile: ipsi enĩ attribuũt, q.ᵈ inferio
res Cœlos secũ rapiat ab ortu in occasũ. Sic propter ob
servatũ motũ p̄priũ ab occasu in ortũ, ratione p̄prij Cœli
aliũ quoq.ᵉ Astra motũ habent, qui deprehendit͂ in ipsis,
et motus raptus dicit͂, ab ortu in occasũ ratione 1.ⁱ mo=
bilis.

57. Defendunt alij Cœlos omnes in unũ redigi infra
Empireũ, et dicunt illud ēē siderẽ; cui scribunt spatiũ
totũ excurrens ab Empireo usq.ᵉ ad regionẽ Elementarem;
in eoq.ᵉ affirmant sidera moveri ad instar Piscium in
Mari, vel Aviũ in aere. Alij Cœlũ numerant aliud
infra siderẽ; sed jã praxi Scripturæ sanctæ loquunt͂ ipsi
appellantes Cœlũ regionẽ aeris. 3. Cœlos numerat alia
senta, inclusô Empireo; cui superponit firmamentũ pre
ditũ stellis fixis, et firmamentũ Cœlũ Planetariũ superponit,
ubi Planetæ et errantiâ quoq.ᵉ sidera vagant͂.

58. Observaone

varijs circa motus Cœlorum, atque siderum, horumque eius diver sos situs in tot sententias inducere Auth.res, dum horum aliqui satisfaciunt observationibus minori numero Cœlo rum, alij verò non nisi maiori: nec iterum conveniunt in solidita te aut fluiditate. Id circò tale dissidium fuit erga Cœ lorum numerum; ut quinquaginta etiam Cœli à non nullis positi sint.

59. Videtur, rem totam aptè peragi, et compendiosè, si prae Empiricorum duo Cœli admittantur, unum scilicet fixarum stellarum, aliudque Planetarum omnium, et errantium cete rorum siderum; et hoc duntaxat fluidum, ut explicent commo dius plures observationes non negandae. Quibus et in Cœlo solido non egre percipitur motus proprius siderum iam inferior, iam superior, et circularis quoque, si statuatur proprijs erroni bus epicielus multiplex sive sphaerula, ubi errans stella veluti gemma in annulo detineatur, moveaturque ad motum proprium suae sphaerulae.

60. De siderum numero discre pantes fuere antiquorum sententiae ut videre est apud Plutarchum lib. 2. de placitis cap. 21. Omissis septem Pla netis, erronibusque alijs, stellae fixae olim observatae nudo quidem oculo sunt 22 supra 1000. De his Astro nomi cognoscunt, et disserunt. Sed multo plures

esse non potest dubitari. Tertium a Scriptura Sacra hoc in

// dicat. Abrahamo Deus sic loquitur cap. 15. Genesis: Sus-
// pice Cœlum, et numera stellas si potes; et iterum cap. 22.
// benedicam tibi, et multiplicabo semen sicut stellas
// Cœli, et velut arenam, quæ est in littore Maris.

61.

Et in
// psalmo 146. Deus commendatur, quoniam numerat mul-
// titudinem stellarum, et eis omnibus nomina vocat. Rursus,
Galaxia; lacteus circulus, seu via lactea dicitur pars
quædam firmamenti conspersa stellis minutissimis, quas
præ multitudine recensere non valemus. Præterea versus
Poli arctici nocte serena præsertim hiemali tempore
solent apparere sidera propè infinita.

62.

Has stellas a se
notatas diviserunt Astrologi in 48. constellationes sive
imagines sidereas. Constellationem dicere quemdam stellarum
numero situ, atque ordine suo repræsentantium quasi effigiem
alicujus animalis, aut notam alterius rei. Primarium ha-
bet in prædictis constellationibus, aut imaginibus duodecim
signa Zodiaci.

63.

Magnitudinem stellarum earundem per sex or-
dines digestam dedere, ut sint aliæ magnitudinis 1æ, aliæ sint
magnitudinis 2æ, et sic usque ad 6am respectivè prioribus

Atque quolibet magnitudinis terrę quot visibus ex-
cedat apud Astronomos notatum invenies; et pariter quot
visibus terrę magnitudine superest Saturnus, Jupiter,
Mars, Sol, quot item visibus excedant a terrę magni-
tudine, Venus, Mercurius, Luna.

64. Lunę utrum habeant
nativam, an totam a Sole mutuentur Astra reliqua demonstra-
tur. Dico communissime, Lunam luce nativa non gaudere.
Contrarium tamen aliqui ex eo probant, quod experientia aliquam
lucem in ipsa Luna, quę post eclipsim desinit. Hinc
inferunt a Luna haberi eam lucem independentem a Sole: cum
N.B. siquidem Eclipsis ex eo accidat, quod globus terraqueus, in-
quo Luna ponatur cum inter a Solem; proveniatque lux
Solis communicari non possit alicui parti Lunę ex toto de-
ficientis. At probatio facta non satisfacit: nam licet lucem
aliquam liceat deprehendas in Luna plena plerumque deficiente
post eclipsim ea lux nec propria erit Lunę, nec a Sole di-
recte veniens in Lunam ipsam, sed erit reflexa illumi-
nationis resiliens in Lunam ab alijs corporibus directe illu-
minatis Sole.

65. Pro communi illo dicto stant Lunę reliqua;
et quod ex vario ad Solem aspectu Luna varie illustratur, et
figuratur; modo curvata modo divisa proportione equali,

mdo ipsa orbe pleno refulgens. Planetę lucent pari forte. Fixa verò Sidera luce sui propriâ ngant multi; affir‑ mant multi alij. Pro illis stat desumpta paritas ex precedentib.s, quib.s propria ngatur lux, stat etiã Solę omnium hauriri lucis unicus fontę.

66. Stant insup.r observaões astro‑ nomicę pro utraq. pte. Stellas fixas Scintillare, hoc ē, lucis vibratione in ipsis observari dicit.r. Planetis hoc ipsum penitus denegat ab Astronomis. Scintillaonis caa n̄ incertè designat.r figura illorũ corporũ, si supponat.r n̄ omnino è rotunda, et sphęrica sed plurium facierũ ad instar ada‑ mantis artificiosè secti et elaborati.

67. Solę ēē igneũ for‑ maliter, seu reali ignę ngant Peripatetici; affirmavit cum Antiquis Phis Astrologi moderni. Luna dicit.r accedere in naã aquę, licet aqua n̄ sit. Planetas reliquos ēē naã inter se diversã, colligi solet ex diverso admodum eorũ in fluxu. Influxus Cęlestium in hęc inferiora videt.r innega‑ bilis si rerum observet.r ortus et interitus sec. vicissitudinem tporũ existentę maximè in diverso aspectu Cęlestium cor‑ porũ, presertim Solis ad inferiora ista.

68. Nec dicamus in fluxum credas distantiã prohiberi: cum enim agens naale

cuiq transeunt operanti, eo n̄ deceat contiguum, aut localiter proximum immediate passo, ut in hoc influat; quod suadent innumera fere quae ~ ~ ~ demonstrant nostri Thomistae; et aliunde Caelestia virtutis sint adeo ingentis, ut jure debeatur ipsis activitatis sphaera valde protensa; inde est influxum Caelestium causarum in sublunaria nobisque proxima minime prohiberi ob distantiam Caeli à terra.

69. Neque etiam influxum ex eo credas prohiberi, quod agens n̄ possit naturaliter agere in distans, quin agat in medio: etenim ad hanc praesentiam istud n̄ facit. Quippe si vera est ea sententia de necessitate operandi in medio, inde n̄ excludiatur praetensus influxus: agunt enim aliquid in spatiis intermediis Caelestes causae, dum operantur in haec nobis proxima; quibus saepe dissimili operatione pro passi capacitate in intermediis agant. Neque ipsa sententia allegata necessario exigit, simili operatione indistanter, ac in medio agi. Si vero falsa est dicta sententia, ut contendunt Scotistae et alii, tunc planior est via ad substinendum Caelorum influxum in haec infima.

70. Caelestium influxus in voluntatem creatam talis exit, si forte aliquis ut creata libertas conservetur illaesa. Propterea dicitur, in voluntatem n̄ directe, sed indirecte Sidera influere. Indirecte, hoc est,

productione ... dispositiony in corpore humano quibus anima ad hec potius alliciet, quq ad alia, ad iracundiã v.g. pre mansuetudine. Non dicetê: q. nec ille influxus potest ẽe actiõ in actus spirituales aẽ; nec potest eẽ deter minatiõ aẽ, ut tales ponat actus nisi eversa libertate. influxus autẽ Coelorũ in hõẽ talis ẽ, ut nihilominus hõ sui juris maneat, et dominus ipsõ actuũ suẽ volun tatis a[illegible] quos dominet.

Sectio 2ª

De elementis.

Subsectio 1ª

Natura elementorum in genere, et quot sint.

71. Libro 3. de Coelo cap. 3. pronunciavit Arist: sit igitur id corporũ elementũ, in q. cętera corpora dividunt, in quibus inest põa, aut actu. Hoc enĩ utro mõo se hẽ, adhuc ambigitur: ipsũ autẽ infra diversa indivisibile. Nota elementũ corporũ hic definit. Cũ enĩ elementũ sumat multifariã, apellant si quid ẽ

Elementa s.a cujusq.e rei principia, et inde multiplex
sumuntur diversitas, si res sit artefacta, si nat(ur)alis, si ars,
si demum scientia; proveniret ut significaret Arist. se hic
agere de Elemento p. vulgari hor(um) usurpa(ti)on(is), qui vocant
Elementa corpora quatuor vulgata, ignem, aerem, terram,
aquam; ea particula uti maluit corporum elementum.

72. Elementi
naturam sub dicta acceptione reserat dicens, ipsum non esse divisi
bile, aut resolubile in res diversas specie, seu forma. Iste vi
// detur sensus eorum verborum, ipsum autem est in forma diversa indi
// visibile. Desumitur explicatio haec ex sequenti capite, ubi
Elementum vocat id quod in diversa specie dividi nequit.

73. Idem rese
rat dicens, in ipsum dividi ea corpora, in quibus inest. Hoc
// vero inesse, et illud dividi exemplo declarat subjungens
// proxime: in carne enim ac ligno, et similibus inest ignis
// potentia, atque terra: manifeste enim ex illis haec segregantur.
Indivisibile autem oppositum, quod est de natura Elementi exemplo
// item illustrat dicens: in igne autem caro, aut lignum non inest,
// neque potentia, neque actu: si enim esset, segregaretur.

74. Ea verba defi
nitionis potentia aut actu ideo adjunxit, quia noluit in hoc
loco determinare, an formaliter, an tantum virtualiter maneant in

mixtis elementa constat ex verbis immediate sequentibus. Omitto segregatio Elementorum ex mixtis an ea sit, quae fit per chimicas operationes, an alia. Sed pro dignoscenda Elementi natura non est hic omittenda brevis saltem explicatio circa modum quo possit intelligi elementa in esse mixtis, quibus formalia, seu in propria essentia ibi non maneant.

75. Hoc multi Peripateticorum sic declarant esse in mixtis dicunt Elementa, quatenus inest mixto cuibis temperamentum ex primis qualitatibus, quae virtus sunt atque proprietates accidentales Elementorum. Neque, inquiunt, eae qualitates in mixto existentes licet non substantiale sed accidentale faciunt compositionem, nec possit ex hoc capite bene dici, mixtum ex elementis constare; quia tamen substantialis forma mixti eas exigit qualitates, ut informet, recte dicitur, mixtum quibus non physice, metaphisice tamen, non actu sed virtute ex Elementis componi: exigens namque eas qualitates adunat

76 in se quodammodo proprias rationes formarum elementorum.

76. Hinc est quod forma mixti appelletur forma mixtionis, ut nimirum aliquatenus continens, in se miscens Elementorum formas. Hoc posito et aliunde etiam statuto, cuilibet elemento non deberi nisi duas ex quattuor primis qualitatibus, recentes aliqui cum P. Oviedo hanc cudunt Elementi definitionem;

// corpus naturale exigens duas sanay gau qualitates; hanc é
// Dmaniò definiong mixti: corpus naale exigens 4.or gau qua
// litates. p.x corpus naale in Dmunioni usurpaone Dposi=
ty intelligitur ex mna sa, fragil. substaali; et in positis
definitionibus ita usurpat. Quippe Clementa corporal
ée Dposita ecentializ, vix potest dubitari.

77. Jg de numero.

Antiquiores Phi sic dicensere, ut uny alij, alij posuerint
infinita Elementa. 4.or tamé ée nec plura, nec pautiora,
statuerunt post hipocratz, Plato, et Arles; Dsensig.e mag
no acceperunt, et tenent universi alunni, et sectatores.
Numery designatg ex diversis colligunt quatuor Duinao
nib.s Primary qualitatg.

78. Sunt sa ppiag.e ignis calor
in summo cy siccitate in excedenti; 2.a aerisq.e ppia,
humiditas in summo cy calore in excedenti; 3.a et aque
ppia, frigiditas in summo cy humiditate in excedenti;
4.a demy et ppia terre, siccitas in summo cy frigiditate
in excedenti; gradu scilicet, sed n summo. Dstat hoc toty
ex Arle punto 2. de generaone text. 16. et 23.

79. Obser=
uat Benedictus, exquity ex predictis Duinaonibus desumpty
n ostendere definity Elementory numery; sed ejusdg numeri

aliunde non esse consequentiam à priori. Insup. objicit ratione, qua videtur concludi numerum Elementorum octonarium: nam præfactas combinationes sunt et alia quatuor possibiles earundem qualitatum; nempe calor summus, et humiditas excedens; humiditas summa, et frigus excedens; frigus summum, et excedens humiditas; summa siccitas, et calor excedens.

80. Respondet ipse Benedictus quatuor ea corpora, quorum singulis sic unam deberent 2. qualitates huic unibenera utilià non fore in ratione Elementi: in hac enim ratione est solum attendenda qualitas habita in summo, cujus est elementum fons, et propria origo, et quæ præcipue confert in mixtionem. In factis autem combinationibus posterioribus nulla de novo qualitas ponitur in summo non posita in prioribus, quæ quidem facto admitti debent ob nostram experientiam indolem ignis, aeris, aquæ, et terræ.

Subsectio 2.a

Elementa in particulari.

81. Ignem esse in naturam debere, et inter elementa numerari, suadet experientia et ratio. Ignem

videmus ejus virtutem obturendi sentimus, fumum etiam ipsius calorem experimur. Hinc arguitur: calor fumus alicui compe tit elemento: mixta si quidem qualitatis 1.ae nullum partici pant in fumo; sed non alii competit nisi igni: ergo ignis est elementum.

82. Igni siccitatem quoque competere, docet experien tia: etenim ipsis non datum calefacere, sed etiam exsiccare, experimur est sensibus. Corpus optime siccitat cum calore qualita te nimium activa: illa enim eo gradu alias qualitates aquat, a Philosophis dicta est *lima* — *qualitatum*. Siccitatem igni convenire non in excedenti gradu, hoc est proprie summo, probari vix pote rit (omissa Philosophorum authoritate sic docentium) nisi ab effectibus experientia notis.

83. Porro hoc igni apte sic explicat
|| vid. corpus naturale exigens calorem in summo, et siccitatem in
|| excedenti. De hoc asserit, si extra sphaeram sit proprium, quoniam injuriis per contrariorum agentium, quibus et dispergitur, et etiam corrumpitur, indigere pabulo et nutrimento, e cujus materia de novo geniti, partes aliae ignis restaurent jacturam alia rum partium, ne totalis extinctio fiat. Aliter res se habet, cum ignis est in regione, sedeque propria quasi in tuto locatus, sinibi ob suam amplitudinem, et vires integras, remotionemque contrario rum equalis amplitudinis, atque virtutis. Sed quaerunt sphaeras,

regio, sedes, cuiusque proprius ignis?

84. Ignem Pitagorici constituebant in terrae centrum, quem locum apellavere Jobis custodiam, et focum Mundi. Statuam hoc natura videtur dictare, quoties e terrae visceribus ignis magnus erupit, quoties in terra ipsa fontes calidissimi fuerunt detecti. Et quidem consonum rationi videtur, quod in terrae visceribus perpetuus ignis, et hic maximus statuatur, immitens spiritus calorificos non parum necessarios in mixtarum pro creatione rerum.

85. Accedunt huic sententiae Moderni Phi, qui praeter ignem apud nos usualem, aliumque genitum in locis subterraneis agnoscunt nullum infra Lunam: et si quem ponerent sphaeram ignis superam, hanc dicunt esse solem, et aetherium ignem. At infra Lunam, et supra Aerem esse sphaeram, sedemque propriam elementaris ignis, puri, aut segregati a (...) permixtione corporis extranei (qualis non est usualis noster ignis, nec subterraneus) defendit tamquam magis receptam opinio inter Authores minus recentes, quorum videos sui ap. Suarez Lucianum disp. 6. de Coelo.

86. Recentior ista opinio probatur experientia, qua conspicimus e flammam initi conatu vehementi supra Aerem ascendere. Hinc arguunt, quod sicut terrae centrum constituit deorsum, quod a fert illuc natibus

1

pondere; ita' debet suis constitui sphera, circa centrum ignis, quia illuc acendere conatur nativa levitate. Quod verò acensus ille ab ignis natura proveniat, non malè colligitur ex eo, quod ignis experiatur magis activus in flammae cuspide, circa
extremitate. Aer non corpus naturale exigens humiditatis in
summo caloris in excedenti. Non ultra procedendum, quin
praemittatur notio illa cujusque primae qualitatis desumpta ex
Aristotele lib. 2. de generatione cap. 2. Ex doctrina ibi tradita
definiuntur sic calor est qualitas congregans homogenea, et disgregans heterogenea: frigiditas, seu frigus est qualitas simul congregans homogenea, et heterogenea.

87. Humiditas est qualitas, qua reddit corpus facile terminabile alienis terminis, dificile autem propriis: siccitas demum est qualitas, quae corpus reddit dificile terminabile alienis terminis, facile verò propriis. Pro definitione 1.a videbis in chymicis resolutionibus, et distilationibus similares particulas à dissimilaribus secerni, et vi caloris inter se illas conjungi; particulas Auri v.g. ab alijs alterius metalli, aqueas itaque a terreis.

88. Videbis pro 2.a conglutinari vi frigoris in glacie plura tam similia tam dissimilia; lignum v.g. paleas, stupasque. Pro 3.a noveris à sua humiditate provenire aquas, quod facile eas commodet

figuræ exponis, in q.o detinet; et n. habere ex se figuram stabilem nq. huc illuc, diffluit nisi detineat. Ex eo dª nobis, ferrum, saxum, aliaq. hujusmodi ratione siccitatis proprie semure facile figuram, ab istaq. extrahi difficile.

89. Aeri competere humiditatem in summo, sic probat: quia n. aliud elementum terminatur facilius alieno termino, et difficilius proprio. Nec ipsa quidem aqua adeo facilis e, et difficilis; ita ut perpendenti constabit apertius. Sed etiam calor Aeri competat, et certe magnus probari solet ex Aeris nativa raritate satis magna, quæ quid est consentaneum ad calorem. Id ipsum probatur n. nihil ex eo, q. calor sit qualitas dispositiva ad Aerem: videmus siquidem aquam vehementer calefactam evadere saltem ex parte in Aerem.

90. Aeris sphæram tres in regiones dividunt, infimam, mediam, supremam. Infima e, quæ sursum a terra porrigitur undiq. circumfusa, et plus incalescit, quam exigit nativa Aeris conditio, ex reflexione radiorum Solis e terra, et exhalationibus inde excitatis, et sursum avolantibus, dicaturq. atmosphæra, quasi sphæra vaporum; et pertendit usq. ad eam partem Aeris, quæ radiorum Solis repercussionem n. patitur, et in qua nubes solent consistere.

91. Inde media Regio, quæ usq. ad fastigia Montium

dissimorum exiguitatem ... verticem neque nubes, neque venti, neque imbres. Hujusmodi sunt Athos in Macedonia, Olimpus in Thesalia, de quo sic Lucanus: nubes excedit Olimpus. Suprema regio reliquum spatium occupat ad usque sphaeram ignis.

92\. Suprema est quae calida supra aeris magis, caeteris in aliis ob viciniam ex superiori parte ignem. Media vero regio est perfrigida: quia neque repercussio radiorum Solarium eam penetrat, nec fervor ignis Elementaris, vapores frigidi, quoquot illuc accendunt, aerem circumfusum refrigerant, restituti ipsi in nativa sua frigiditate; frigus quae deinde obsessum calidis ex superiori parte, atque inferiori majus fit per Antiperistasim.

93\. Est aqua Corpus sublunare exigens frigiditatem in summo, humiditatem in excedenti. Probatur hoc, ex eo quod aqua per Antonomasiam frigida nuncupatur. Aquae humiditas magna, licet non summa ostenditur ex ratione supra data pro aeris humiditate.

94\. Terra denique est corpus sublunare exigens siccitatem in summo, frigiditatem in excedenti. Pro exigentia terrae ad sum(m)am siccitatem stat ratio similis ei, quam pro exigentia ignis ad calorem summum dedimus supra. Frigiditas ex eo terrae adscribitur, quod videatur sponte ad frigus vergere re

moto agente extrinseco inductivo caloris nec addito alio frigiditatis productivo. Et hanc ipsius frigiditatem ēē in inteone n̄ tenuem sed validam, statuim̄ n̄ in dignum ex eo, q̄ terra sit inter elementa adeó infimum atq̄ tardissimum.

35. De situ ipsius terræ et aquæ, si roges, dico utrumq̄ conficere unum globum, qui est in medio Mundi, et globus terraqueus dici solet. Ille dus quidē ipse rotunditatis ē n̄ perfectæ aut, ad Mathematica subtilitatem exquisitæ, sed depressiones patientis aliquas, et eminentias Vallium v.g. Montiumq̄; quæ tamen in tanti corporis mole n̄ impediunt, ipsum rotundum apellari.

36. Figuræ si quæras aliorum in sua magnitudine Elementorum, sphericum invenies Aeris circundantis et claudentis undiq̄ globum terraqueum, ignis quoq̄ Aerem totum ambientis, et Cœlesti sphera circunclusi. Hinc, ut supponit, et demonstrant Astronomi, figura Mundi spherica est. Mundi nomine venit in hoc loci systema, sive coordinatio, et dispositio localis Cœlestium corporum, atq̄ Elementorum cum reliquis aliis, quæ continent intra.

37. Sed q̄d attinet ad figuram rotundam conficiendam, Cœlum Empyreum n̄ ē computandum: hoc enim versus partem superiorem n̄ globosum creditur, sed

quadratum: ita enim commodius theatrum aparet ad recipienda post resurrectionem gloriosa corpora. Et huc adducit dictum
// in Apocalipsi cap. 21. versic. 16: Civitas in quadro
// posita est. Mundum alij natura diversa aliâ, neq. alia coordinatione dispositum.

Subsectio 3.ª

Alia de elementis adduntur.

98. Dubitas, an elementa valeant transmutari, per media scilicet duratione unius in aliud? Afirmat communissime cum Arle, et probat ex ipso in lib. 2. de generatione ctext. 24: nam quodlibet elementum potest in aliud agere inducendo qualitatem, vel qualitates in gradu sibi debito, et oposito cum fratas alterius: ergo potest in aliud totum suum inducere, ac proinde illud in se convertere immediate. Huc facit quod alibi notavimus, omnes scilicet duas qualitates esse activas &.

99. Vituram dices, ynquam credidi ex aqua ignem fieri, licet ex aere

aut eius terra fontē ignis generet. Nobis credibilius est, quod in ignem transmutetur immediatè vel cera vel saltem aliqua pars aquæ, cum magnus robur non nullis aquæ guttulis insit perquirit. Idem assero de particulis aereis, quas desuper attingit flamma nimium expandentis fornacis. Idem de terreis quoque pulvisculis in fornacem pariter ardentem ejectis.

100. Ex quibus si terram illam, quam damnatam vocant et caput mortuum non esse resolubilem ulla quantavis maxima ignis actione chymistæ denotant, intelligendi sunt de resolutione in principia, quæ perquirunt ipsi. De resolutione tamen per se dama pure philosophica si loquantur, contra dicendi sunt. Illud vero, in quo magis insistit, de aquæ transmutatione in ignem adhuc credibili, repellitur: nam ignem aliquando alium fuisse aquis, certum haberi debet fidei historica.

101. Sed nec solus ipse Author est, in (bis) Lyciæ Monte Inimo no aquis ignem accendi, atque nutriri. Excipiamus Vesuvii descriptionem Benedictini, qualiter primum exsiccatum ad multum tempus, Monte aquas littoris exsorbente, evomentemque deinde igneas. His positis, ego quoque credo, posse aquam ex igne generari ab aqua; quod tamen adhuc difficultates inferre videtur.

102 Nota Thales loco citato, fieri difficilius transmutationes Elementa simboli in dissibolos, quam simboli in simbolos. Ratio est: quia atenta dispari qualitatum activitate, difficilior est mutatio 2 plura, quam 2 pauciora; in transmutatione autem à simboli, seu dissimboli, in Elementum dissibolum est facienda mutatio duplicis qualitatis, et unius duntaxat mutatio cum simbolum transmutatur in simbolum. Insuper notat ex pluribus, duobus vero Elementis v.g. generari posse aliud 3.

103. Elementum. Potest hoc accidere si ignis, v.g. et Aqua sic ... sic haveant inter se, ut aque frigiditatem igni expugnet, et aqua siccitatem ignis, ad eumque gradum humiditas et calor tandem perveniant in eadem ma..., ut forma Aeris consequatur, expellatque tam forma aque, quam forma ignis à suis materijs. Et hoc plerumque accidere in ... dissibolorum, advertit Philosophus, omnique 3.o utrique ... cedenti dissimile, ut patet ex casu posito.

104. Observandum est diligenter predicta non posse doctrinam ita accipi, ut intelligatur posse unum Elementum naturalis in se convertere totum aliud pro amplitudine ejus: hoc enim ... fieri non posse in presenti rerum systemate, tot seculorum experientia testatur, in quibus nullum Elementum ex toto adhuc perit. Doctrina

q sic debet accipi de transmutatione elementorum ad invicem ut hoc fieri posse intelligatur quoad partes dumtaxat aliquas eorum ...

105. Hoc monet S. Thomas in 2. sententiarum dist. 15. quest. unica, artic. 2. ad 2. et alibi. Et quidem ut par,, tiali tantum fiat transmutatio, differt repassio hujus ab illo, in quod agit. Differt etiam juxta D. Thomam in questionibus disputatis de malo quest. 5. artic. 5. ad 6. virtus corporum coelestium, quorum influxu varie disperiit diversa pars elementorum.

106. Resultare videtur ex proxime dictis, quod elementa peregrinas qualitates, etiam saltem aliquando recipiant; immo et quod apud nos nullum sit elementum retinens speciem qualitates suas in gradu naturali et existens absque violentia proveniente à causa naturali. Et pugna elementorum inter se, e quibus immiscentur varia corpuscula hoc persuadent. Nec detrimento cedat, sed emolumento esse huic universo diversimodi elementorum actiones, et repassiones ad invicem, quae in parum deducit ad generationem mixtorum.

107. Noveris hic aliquas qualitates etiam non saltem inveniri, quae dicuntur elementorum proprie, levitas scilicet, et gravitas, ipsae, plures quoque aliae, sive quae resultantes sint, sive quae saltem nescias supponuntur, possunt qua.

litates 2.ae nuncupari, maximé si tactiles sunt, hoc est, tactu sentiantur: nam quae ita non sentiuntur, ut sonus lux, atque occultiores nec 1.ae nec 2.ae sed neutrae qualitates á multis dicuntur.

108. Gravitatem esse qualitatem á substantia gravis distinctam asserunt omnes, pené Peripatetici. Dicitur gravitas principium motus deorsum, hoc est, in terrae centrum; levitas principium motus sursum, id est versus Mundi totius circumferentiam. De motu non vitali fit sermo: non enim á levitate, aut gravitate ut principio est volatus Avium aut sursum aut deorsum.

109. Principium talis motus esse debet intrinsecum gravi ex lege, vi, proveneatque Philosophus lib. 4. de Caelo text. 24 dicit: grave et leve in se ipsis mutationis principium habere videntur. Unde manent exclusi motus ab extrinseco agente provenientes, sic licet sursum vel deorsum. Exclusi quoque manent ij motus, qui virtute fiunt electrica, vel magnetica, vel etiam elastica. Quippe tales motus aut non fiunt per se determinate sursum, neque deorsum aut non fiunt ab intrinseco ejus, quod movetur ratione praedictae virtutis.

110. Ea dicitur vis electrica, qua corpus aliquod leviuscula, ut minores paleas, quibus admovetur, ad se ipsum trahit, et etiam saepe elevat si suspendat

ipsius. Virtuti hujus et nomen et exemplum habes in electro, quod Latini dixere succinum. Vis magnetica habet precipue motum in attractione ferri, agente lapide, qui magnes appellatur. Circa vim elasticam sciendum motum restitutionis appellari eum, quo corpus tensum vel compressum (v.g. ferrea, aut lignea virgula, quæ in arcum flectatur) restituitur in sibi debitam extensionem: intrinseca autem virtus talem motum exigens, et causans dicitur vis elastrica, atque etiam elaterium.

111\. Hic obiter notabis, quod alibi [illegible] premeditatum [illegible] forte invenimus, scilicet (~~compressum atque densum: nam rarum et compressum predicata~~) rarum vero bene et rarum non esse idem neque idem esse violentum compressum atque densum: nam rarum et compressum predicata existunt violenta, et atque attento presenti, quod habent temperamento, rarum tamen et densum quæ bis esse possint 2.° se violenta, non ita sunt qua non temperamento presenti: verum raritas et densitas sibi sunt connaturales temperamento, quo rarum tunc hoc, et densum. Licet ergo in alijs conveniant, hæc distinctio est observanda, attentaque ijs, quæ diximus de raro et denso.

112\. Ut ut Elementis gravitas, et levitas recte tribuantur, communior est sententia terram et aquam graves esse, leves ignem et aerem. Tribiale carmine hoc decantatur:

* Pondere inferius tellus, atque unda feruntur;

* Alta petunt Aer, atque Aere purior ignis.

sed ex Auth. multi levitatem positivam non agnoscant, sed negativam tantum, respectivamque, differentiamque in minori gravitate unius corporis ad alium: defendunt ipsi gravia esse omnia Elementa. Sic tamen rem statuunt, ut terra magis sit gravis quam Aqua; et hæc magis, quam Aer, hic denique magis gravis, quam est ignis.

113. Pro hoc discrimen innumera ingerunt experimentales. Propendens ego in positivam levitatem ignis, atque Aeris in eorum puritate, hæc traxisse invenio Salas lib. 2 de Coelo sect. 13. dicentem: suo enim in loco gravitatem habent omnia præter ignem: signum cujusque est, utrem inflatum plus ponderis, quam vacuum habere. Non quidem tradidit nam etiam in suo loco, seu Regione invenit aerem imperium; ut pote ex dictis de Regione infirma.

114. Dubitat aliud, Elementorum inter se dignitas. Curiosa de hoc apud Conimbricenses disertatio, in qua rationibus hinc et inde alegatis igni tandem adjudicat principatum. Igni, quem sua levitas, qualiter inter motrices nobilissimas locavit in summo. Igni tandem ad opus magis, quam artis universaliori, et magis efficaci, qui pro tertio Magister artium est apellatus; etiam Senone ita celebratus, ut dixerit, naturam nil aliud esse, quam ignem artificiosum.

115. Dubium aliud æther, aer, ventus, quo differant. Nomina æther aer communiorem aliquam habent in significatu; sic durum est ut æther proprie non aerem quemcumque, sed purissimum tenuissimumque significet. Græcorum etiam haec usurpatio est, in qua non communicat cum nomine aer: namque ut Aristoteles innuit in 1. de Cælo text. 22. et expressius tradit in lib. de Mundo ad Alexandrum: æthera appellatione Cælum ipsum, nec illud tantum, sed omnia siderea corpora intelligunt: non ut quidam putant, quod igneus sit, et non in sensu, sed quod cursibus rapidis semper rotetur. Nec ventus pro aere quovis usurpatur, sed pro commoto, sive fluxu, et agitatione aeris.

116. Non tamen ad ventum sufficit aeris agitatio quævis: neque enim ventus dicitur aer flabello motus. Quæ materia, quæ causa ventus efficiat, vide apud Conimbricenses in lib. de Metheoris cap. 2. et 3. tract. 6. Illud tum sit adjungendum, quod licet omnium consensu Principes quattuor ventos numerarent, e quattuor Mundi partibus, seu Angulis præcipuis expirantibus, Philosophi tamen recentiores, atque Hydrographi re diligentius, atque in usum Nauticum exquisitius pertractata, eos sic intersecarunt, ut duos et triginta constituant.

117. Dubium aliud, utra sit depressior, et situ inferior, terra ne, an aqua? et aqua eminentiorem

terra, multi defendunt. Altiorem terram esse plures alij opinantur. Praeferatur opinio ista. Et in primis aquam non eminere probatur ex eo, quod cum aqua et terra globum unum efficiant eoque dominii ... culo delusam, haueatque idem centrum grauitatis (quod est punctum medium in tali globo) aqua, si emineret terrae, facile diffunderetur ob suam fluiditatem, obrueretque terram, ut centro magis accederet.

118 Quod vero Mare dominii appellatione adjudicat, eo sanum vult, ut significetur ea pars maris ubi hoc magnam habet profunditatem, et distantiam a littore. Deinde terram eminere suadetur ex eo, quod flumina per terram prono cursu tendunt, et descendunt in Mare. Idem (suadent) insignuant verba in 8. Proverbiorum, in quibus dicitur, quod Deus vallabat abyssos. Et vallum quidem eminet.

119 Dubium ultimum omnium pluribus quaestiunculis moueatur ne terra? Moveri Philosophi veteres existimarunt. ... terram ad instar navigij substentatam aquis, in quibus haram mobilitatem, ... Thales credidit. Instar Solis et Lunae in obliquo circulo verti circum ignem, tenuit Philolaus. Alij veluti rotam agi circa ipsius centrum in Occidentem ab Oriente. Ex sacra pagina non moueri terram passim traditur.

120. Et (ingenii) ratione ipsius terrae gravitatis esse causam
suae immobilitatis, exprimitur in psalmo 103. per haec verba: fun-
dasti terram super stabilitatem suam. Unde systema Nicolai Co-
pernici suscitatum credi[tur] ab Antiquis terrae mobilitatis
quibus approbatum a Galileo, Cartesio, et aliis, Sacra Romana
Inquisitio reprobavit, damnavit.

121. Causam stabilitatis terrae non esse,
quod in infinitum porrigatur ex altera sui parte, ut Veteres aliqui
dixere, ostenditur multis praesertim ex figura ipsius, et etiam
Coeli sphaerica rationibus fundatam atque experimentis eorum, qui
terrae decursum transgressi ope nautica invenere, in du-
vigintique inde Mundo exhibuere Antipodas, homines ni-
mirum e terrarum parte terrae vestigia nobis adversa premen-
tes; et de quibus Manilius dixit:

* Nec minor est illis Mundus, nec lumine pejor;

* Nec numerosa minus nascuntur sidera in Orbe.



Sectio 3.a

Mixta in genere, et metheora.

Subsectio 1.a

§ De mixtione, atque de elementis in mixto.

122. Dicitur vulgariter mixtum, quod est aggregatum ex diversis inter se corporibus diversis v.g. ex aqua et vino; quorum unum in alterum non agat, vel agere non intelligatur. Itaque haec mixtio non est philosophica. Mixtio philosophica alia est accidentalis, et imperfecta; alia substantialis atque perfecta. Datur 1.a conclusio mixsibilia sunt, quorum inter se distincta, et alterata insuper non tamen corrupta, sive transmutata substantialiter.

123. Mixtionem hujusmodi definivit Aristoteles lib. 1. de generatione text. ultimo mixsibilium alteratorum unio. Datur 2.a conclusio forma substantialis generata in se adunans gradu temperato virtutes elementorum sive 4or. qua

qualitates. Hinc quoque mixtis bene dicitur unio mensibilium alterativarum; quatenus sibi miscentur elementa virtualiter, non in gradu summo propriarum qualitatum, sed in temperato, et sic alterato respective ad ipsa elementa.

124. Illud mixtum saepe datur absque tali temperamento ea alteratione, quae toties abest cum proportionata, vel ultima dispositio ad formam substantialem mixti perfecti. In illo manere possunt elementa formaliter, seu in propriis suis substantialibus, ut in luto constato ex terra et aqua. Temperamentum primarum qualitatum dividitur in temperamentum ad pondus, et temperamentum ad justitiam.

125. Ad pondus est quando sunt qualitates in gradu continet aequali; et inde vocatur etiam uniforme. Ad justitiam est, quando sunt qualitates in eo praesse gradu continet, qui debetur mixto talis hujus speciei. Cum autem plerumque debeantur mixto qualitates illae in gradu inaequali, temperamentum hoc appellatur quoque difforme. Idem autem temperamentum erit ad pondus et simul ad justitiam, quando nimirum alicui mixto sit debitum temperamentum ad pondus.

126. Hic oportet notari, solum temperamentum divinum primarum qualitatum non videri sufficiens, ut sit ultima

dispositio ad mixta perfecta: cum mixta sint longissimé plura in specie; quæ sunt Attractæ diversæ facultates in illis qualitatibus. Potius quam debent admitti specifice aliæ qualitates diversæ, quæ scilicet obtinent munus illud dispositionis ultimæ, alia disponens huic in specie mixto, pro aliis, alia illi; et sic de mixtis pluribus. Salis erit dicendum:

127. Sed occurrit dissidenda illa quæstio, quæ Philosophus in definitione Elementi reliquit dubiam, an in mixtis perfectis elementa maneant formaliter, sive 2.° sub suis propriis formis substantialibus? Cum Stoicis affirmant non pauci, quamvis non omnes eodem modo. Inter hos sunt recentes Medicinæ professores, sic fidentes suis rationibus, ut dicant eum, qui legerit eorum argumenta manus daturum, nisi lapis molaris sit.

128. Negant D. Doctor noster cum Scotistis, Thomistis cum Angelico tum opusc. 33. tum 1. parte, quæ. 76. artic. 4. Cum negabit præsertim Aristoteles in 1. de generatione text. 84. dirimens liquidè alibi sub dubio reliquit. Unde citatus D. Thomas ait: Dicendum est 2.°
|| Philosophum in 1. de generatione, quod formæ Elementorum manent in
|| mixto non actu, sed virtute manent enim qualitates
|| propriæ Elementorum, licet remissæ in quibus est virtus

II formarum Elementorum.

129. Hęc ē igitur Peripatetica sententia, quã
contra nos sic ꝓponimus: Elementa n̄ manent formaliṫ in mix-
to perfecto. Probatur: mixtum perfectum neq. ē mera quatuor
Elementorum ꝯgeries, neq. ē ꝯpositum ex multiplici forma totali
in eorum parte mag., neq. demum est ꝯpositum ex mata 1a. et
unica forma substantiali ꝯtinente formas Elementorum, sicut aa
raonali ꝯtinet qg vegetativg, et sensitivg; sed mixtum
perfectum esset horum aliquid pro variarum ꝯtrariorum opinio
nes, si Elementa manerent formaliṫ in ipso. g.

130. Mi. probatur
contra 1am sui ptem: nam alias mixta omnia perfecta essent
ejusdem speciei; et deinde nulla daretur substantialis generatio
unius mixti ex alio: nulla si quidem forma substantialis,
n̄ preexistens in eadem specie ab hoc alio, indui posset in
ipsum. Insuper, forma vivens n̄ esset aliud, quam agregatum formarum
Elementorum, hoc autem periculose asseritur vel de solis vi
ventibus irraonalibus, cum raonis paritas urgeatetiam ꝓ
viventibus raonalibus ꝯpositis, de quibus, si dicatur idem, Ca
tholica fides negat.

131. Hęc omnia quoq. ē faciunt ꝓ 2a. parte
Minoris, faciunt et ꝓ 3a. quę hoc sunt posita. Probatur ulte-
rius 2a. parte naali inlij formarum in ꝯjungibilitate quarum

firmavimus in libro de auscultatione physica. 3.a quia, dico insuper, non impossibile esse formam, quae cum materia sit formaliter aqua simul, ignis, terra, aer: et quidem talis esse conveniret forma illa unica continens praedicto illo modo formas elementorum. Certe quis dicat possibile naturaliter formam, quae calorem, et frigus reducet, frigus quoque, et siccitatem?

132. Respondeo hoc tamen non excludo omnino, quod elementa, idest, elementorum aliquae particulae inveniantur formaliter intra poros in mixtis pluribus perfectis: quamvis non credant inveniri in omnibus: quia enim ratione mihi persuadeo, intra poros sulphuris, vel pirii pulveris dispersum formaliter ignem. In ipsa vero materia mixti perfecti formam substantialem specie distinctam a formis elementorum admittimus; et has ibi tantum virtualiter esse defendimus, ut explicuimus et contra quae argumenta facile dissolventur.

Subsectio 2.a

De metheoris igneis, atque aereis.

133. Cum sint innumerae mixtorum perfectorum species de omnibus in particulari tractatio non potest

intritum. Sed ea pretermitti n̄ possunt mira. quę licet

intra term̄ nãles, admirationem ad se rapiunt, atq. ob admi

rabilem eorum naturam metheora, hoc ē sublimia n̄ immeritò

apellant.

134. Quamvis a quibus, et his, præsertim, nomen idem eam

conveniat propter loci, atq. citus eorum sublimitatem. Ex quibus

præsenti si nomen e loco dandum deberet, extendit appellatio

ad mirabilia (quæ) reliqua, de quibus Arist. in quattuor

Metheororum libris. Sunt cuivis elemento sua me-

theora. Ignea et Aerea tradémus, prius, quibus n̄ om-

nia. Ipsi igneæ priorem locum vendicant sibi Cometæ.

135. Mul-

tum Arist. hic lib. 1. cap. 7. defendunt, Cometem natura n̄ esse

Cœlesti, sed sublunari; et materiam ejus esse multam exhalationem

crassam, et pinguem, partibus constantem bene coagmentatis, quę facilè

potest accendi, et conceptum ignem diu servare. Cometarum locus

iuxta citatum Authorem videtur esse regio Aeris suprema: nam

gradus altitudinis, inquam apparent, et probat, eos in infima

Aeris regione n̄ assidere, et n̄ consistere in media regione,

illius frigiditas loci suadet, quę n̄ pateretur, flammam ibi

tamdiu inardescere, ac vigere. Dari verò Cometas aut in

ipsa regione ignea, aut supra lunarem, nobis est negandum,

si essemus nas virtutibus.

136. Cometa dicitur crinitus, aut comatus, cum radios luminis instar comarum circumfundit; vel ut explicant alii, quando ejus materia densior est in medio, et in extremis rarior. Dicitur barvatus, cum pars rarior et subtilior extenditur partem, atque ex aliqua parte, seu latere. Caudatus vero dicitur cum ex aliquo parte latere rarior illa pars multum extenditur ad instar caudae. Cum autem curtam exhibet illam ipsam caudam quasi in figuram falcis, falcatus etiam dici solet.

137. Ipsorum colores aparent multi et varij. Alijs est, quasi lunae argenteus; alijs rubor in eo videtur, quin dignoscatur lux; in alijs quasi flamma aparet non pura, et tenuis, sed vaporis fumidi multum unica se volvens. Alij mittunt torbo aspectu, ac terrifico cruenti apparent. Ista, quaecumque sit in Cometis, varietas colorum tribui potest materiae diversitati, cum ex qua non ex diversitate materiae resultare videantur ignes diversicolores.

138. Cometae moveri solent multiplicibus sic, ut non omnibus sit idem, constansque motus observantur moveri, et ab Oriente in Occasum, et ab Occaso in Orientem; item nunc ad Septentrionem, nunc ad Austrum; aliquando etiam sursum deorsum aliquando. Omnes vero hi motus a caelo sunt extrinseca. Quod autem ipsorum inquo generentur

Cometae docet experientia, de quorum ipsorum, nihil esse certum, aut firmum, nisi quod apparuerint in quavis quatuor partium anni.

139. Nec potest definiri tempus durationis Cometarum a sui generatione. Hinc aliquid vulgarius, quod Cometas portendere Regum mortes, ac Principum, et infausta terrae omina esse. Sed vulgari opinioni non consonare experimenta. Consule P. Benedictum ~~tomo~~ 3. physicae lib. 7. quaest. 2. cap. 3. et P. P. Licentiatum Quirinistium hac de re pulchre dicentem, atque erudite in septa suarum disputationum.

140. Fulmen est aliud ex igneis meteoris, et bene describitur: ignis in nube plerumque accensus, et ingenti impetu vibratus. Dixi plerumque, nam aliquando, sed raro fulmen evenire, sereno, terso, et Coelo nulla nube opito, testantur historici non pauci apud Benedictum cap. 1. quaest. supra citatum. Et cum pro quo citatur Author expendit ibidem, assero cum ipso, id, quamvis difficilius, evenire posse naturaliter. Fulminis comitantur tonitrua et fulgura. Fragor ille, et sonitus, quem ignis causat dum erupit vibratus, tonitru dicitur.

141. Splendor, seu lux tunc solet apparere ex ipso igne, et dicitur fulgur, coruscatio, aut fulgetrum. Saepe fulgur nobis absconditur, tenuesque nubes

quasi longissime dicoq in terris exaudit; q^do nimirq densa nimis ex inferiori pte nubes rumpit a fulmine sursum versus, qua tenuior sit nubes ipsa. Tronitu quandoq. breui, quandoq. perseuerat diutius; variareq. solet inter eiq murmur, pro modo q. ignis accendit, et erumpit jq fere simul omnis, jq magis subsesiue, et pro minorq, maioreq copia mat. igni concipiendo dispositae.

142. In fulmine simul accidunt tronitu et fulgur. Hoc tamen prius ad oculos pertingit, quq ad aures illud. Cujus diff. caa haec reddi solet, lucis momentanea propagatio, soni propagatio subsesiua. Sunt et absq. fulmine tronitua, nisi fallit Seneca pro ista citatus, ex sola nubiq aliquarq inter se collisione. Fulgura raq contingunt sine fulmine, et absq. tronitu, et saepe sine nube, q^do mat. aliquarq exalationq non adeo magna, et pinguis, nec adeo nitrosa, et sulfurea, ac est mat. in fulmen requisita, accendit in sublimi, longeq. supra terrq.

143. q^d absq. dubio potest accidere vel extra, vel intra nubq aliquq, abeunte illa tenui mat. intelligoq sic breuesq rariorq, et quasi fumq, ut nubq vis feriat, intra quq forte sit. Huc pertinent corruscationes illae, quas noctu

discurrere videmus rapidas ipsi, ac caducas. tria distinximus unius occasione metheora, fulgur, fulmen, et tonitru.

144. Fulmen praecipuum, cujus multi effectus, atque ita omnino mirabiles eorum plerique. Ut vix valeant intelligi, et credi vix possint. Illesa vagina, fulmen liquat ensem inclusum; et ~~metalla~~ metalla, vel nullo indegni sacculo, Diminuit ossa hominis, integra carne; vel sola cutes alba, caetera duxerit in Cinerem; vinum intacto dolio, quandoque exhausit; quandoque vinum relinquit ut antea rotundatum dolio destructo.

145. Hujusmodi sunt et alii plurimi effectus fulminis innegabiles, ex quorum inter se magna diversitate triplex genus fulminis distinguunt aliqui, fulmen terebrans, discipans urens. terebrans, quod per angusta, et subtilissima foramina intrat; discipans, quod in magna corpora irruit vasaque aedificia disrumpit; urens cujus praecipuus effectus combustio, itaque domum vel integram combuxit; illud etiam notabile inter fulminis effectus, quod frequentius celsiora quaerat, et feriat, ut montes, turres arbores.

146. Causa redditur, quod plerumque descendit oblique, dum vibratur in terram; Et dum oblique per aera defertur, ostendit sublimiora. Aliud

quaq. circa fulmen ex hoc loco n. omitendum, vulgarem esse opinionem, qd. fulmen quidq. sit lapis, (vel ferrum) di-cunt aliqui) expulsus virtute exhalationis ignee, veluti globus e bombarda, qui tot violentos effectus prestant.

147. At fundam. destituta e. ea persuasio. Hoc tamen accidere posset, unde forte invaluerit vulgaris ea opinio, qd. fieri potest aliq. nubis calidissime afecta dispositionibus, ut lapidescat facile calore igni accedente; proveneatq. fulmen indum lapidem ferrum deferat. Sunt, et fulgura diversa ex eorum figura; et conspiciuntur quidq. n. nulla in infima regione Aeris.

148. Alia dicunt Stelle cadentes, et sunt exhalationes ob longe, que dum accendunt successive a summa ad partem infimam, tum flamma videtur deorsum cadere; cum tamen n. sit eadem flamma, que rurere videtur, sed alia, et alia subinde generata, et serie extensi deorsum pabuli. In hunc modum pro figura aliud fulgur, aut coruscatio dicitur columna, vel lancea; aliud trabs, aliud Draco volans; aliud capra saltans; aliud cli-peus.

149. Ad hec fulgura expectant ignes alij, qui n. longe supra terram accendunt, et supra aquam in Mari.

Si unicus aparet maximus ipse ignis helena dicit; si gemi
nus castor et polux. Hanc namque antiquitatis superstitiosq[ue] nomenclationem Itali nautae [illegible]. Easq[ue]
flammas omni nomine Sancti Elmi ignes apellant.
Ignes ipse precipue observantur post tempestatem validam.

150. Ex
iis qui supra terram accenduntur, aliud est ignis fatuus, alius
ignis lambens. Lambens autem dicitur specialiter cum vivo homine
cognationem; et solet crinibus hominum adherere. De hoc Plinius
lib. 2. cap. 107. Et Virgilius lib. 2. Eneidos. Igni fatuo
cognatio est cum mortuo homine, et in cemeteriis potissimum
aparet.

151. Fugiens sequi videtur ignis fatuus, et sequere fugiens. Narrat quoque accidisse, ut quis nocte oberraverit
insequens fatuum ignem, et credens prefatum, cum aer a fron
te sequentis propulsus rediret ad tergum [illegible], et simul
ignis fatuus ita deludens [illegible], sed mixto illo motu
conatur in sequentis.

152. Meteora ignita, quae in aere
distinguntur apellantur aerea. Inter haec speciali nota [illegible]
dignum est Iris, arcus scilicet multicolor in nube aparens
ex radiorum Solis oposite reflectione. In hoc arcum
precipui sunt considerandi colores, inquam depinguntur;

caã efficiens, et colores, ꝗ̃ quib. distinguitur. Mãa ē nubes roxida, transluida, et etiã opaca. Roxida intelligitur, vel ꝗ iã resoluta in imbres, humores reliquias adhuc retinet, plurimas, quas demittat, paulatī expilli expilicepiliudio; vel ꝗ incipit in tenues aspergines dventa; aut teguq resoluat.

153. Hoc in caã ē, ut Iris efformari soleat ante pluuiã, vel proximē post ipsã. Sic roxida exigitur. transluida ex aliis a falsã ejus, p̃te. Cadenet quidẽ dalis esse ex ea deminare facie, inq.a aspiciendus ē arcus, ꝗ more speculi nubes ipsas repræsentat. Et hic etiã opaca esse debet à tergo. Caã caã, et colores ipst. Constat aparere hoc in nube ex lumine Solis in nubē ipsam transmisso, et repulso ad nrũ aspectũ, varie modificato.

154. Quid experimur simile in fontibus aquã ittà jacientibus, in ipsa sublimis in Aere minutissime dspidatã, aspergatq. ꝯtraria Soli: tunc enĩ quedã Iris aperet minus licet perfecta. Similiter accidit si terga (sua) obuertens, Soli aquam ex ore suffũ leui aspergine diffundat. Observabis, Iridẽ ñ posse cadere sub nrũ aspectũ, si nubes mediet inter nos, et Solẽ: ꝗ.a tunc nubes ex p̃te ejus opaca

n̄ aut ex ea, quæ solent respici, ex ing.ª illustrat, nobis aparevit. Hinc est, q.ᵈ Iris ad occasum cernitur, cum antemeridie aparet; cum vero post meridiem ad ortum visitur, vel ad aquilonem: in his autem temporum diferentijs nubes n̄ ita mediat, sed nos inter nubem sumus, et Solem.

155. At non ita esse mediam, n̄ habet nesessarium: nam poterit sive ad occasum, sive ad ortum Iris ostendi nobis, Sole media n̄ inter, atq.ᵉ nubem. Et Cœli vertice si teneat Sol, et nubes sit ad ocasum alia, alia ad ortum disposita Iridis inpressionibus, duplex simul Iris poterit nobis exhiberi. Hæc ferient directe à Sole. Sed nova, ex reflectione unius, quæ Sol directé efficit, posse alia, et alia resultare adeo Cœli partes, si nubes sint ibidem apté ad repercussionem ex ipsa accipiendam.

156. De coloribus ultimus dicendum, sic eos aparere innumeros, ut de Iride Poeta dixerit:

* Mille trahit varios, adverso Sole, colores;

et lineis ita ducitur sucalibus, atq.ᵉ indiscriminata varietate pulcherrima, ut videat nata solertiá ibidem observare, quæ nulla possit ars imitari. Cæterum tres præcipué distinguntur. puniceus in parte arcus supera, ruber in decavad, in media viridis. Ultimo plurima. Erat Iridis signi

ficationem transeo breviter indicando. Signum esse pluviæ statuit Phorum communis sensus, et inde pluvius arcus solet appellari.

157. Deinde videtur manifestum, non esse signum naturale, sed ex divino placito, et instituto significans, numquam nunquam futurum iterum universale diluvium. Constat satis patet ex ipsa rei natura. 2.° firmatur ex Scriptura Sacra cap. 9. Genesis, ubi Deus Noemo dixit: Arcum meum ponam in nubibus, et recordabor fœderis mei vobiscum, et non erunt ultra aquæ diluvij. Aliqui videntur, ex hoc textu intulisse, quod ante diluvium numquam sit conformatus arcus prædictus. Sed male inferunt; et ipsius causam vident absque dubio potuisse ad Iridis efficiendum ante diluvium concurrere nubes, sicut et modo concurrunt; quamvis tunc Iris significationem ex placito divino non habuerit, quam habet nunc.

158. Accedunt alia metheora fiunt parelij, sive parelia, cum scilicet in Cœlo plures Soles aspicere videmus, si Lunæ hoc metheorum dicitur paraselene) quorum plures tribus non apparuisse refert Plinius, quamvis Authores alij dicant sex visos simul. Accedunt Halones, seu coronæ, nimirum albicantes circuli sub Sole Luna, aut alio ex Astris splendidioribus.

159. Iris virgæ, nempè colores varij quemadmodum in Iride, sed angusti, et in longum extensi perpendiculariter versus terram, et radijs, et virgarum formam referentes, unde nomen trahunt. In nube hæc omnia, aut vaporibus variè dispositis, et diversimodè lucis radios excipientibus. De rore, nive, grandine, et alijs in aere mixtis nil curo.

Subsectio 3.ª

De terreis, et aqueis metheoris.

160. In mirabilibus terræ referendi terremotus. Hos docet Aristoteles fieri ab halitu, seu spiritu, qui terræ visceribus inclusus, et foras erire tendens, cum non inveniat qua parte evadat, retroferatur atque in se revolvitur. Cumque claustra constringere nititur, atque delere, motum et tumultum causat ingentem. Mirum hoc, sed non incredibile, si conferatur secundo cum ijs, quæ ventus supra terram efficit.

161. Ab uno in locum alium deportat sæpe nimium ingentia, arbusta, silvasque delere radicitus; dejicit, et solo

2

equat edificia bassissima. 2.º quia ipsis, quae in animantibus est virtus spirituum maxima efficit aliquando. Unus quidem aegrotans in... et perperrat, quae praestari non posse videmus a multis bene valentibus, atque etiam robustis. Mirantur in... nei effractione afrenitus dirrumpit vincula, quae frangere non possent homines plane multi, et validi.

162. Ventus quoque sive in cavernis terrae, infimis excitet, sive illuc qua via possit pervadat, itaque etiam ignes subterranei possunt terremotus causare, quia repugnante eorum massa, intra viscera terrae cohiberi, et nitunt erumpere. Praedicta omnia quamvis alia perperam, frequenter alia sint in terrae ... nec perpetuo, necnon frequenter terras commovent; quoniam audit in frequenter, ea vel eorum aliquod in magna sui portione nimis violenter terras agitari.

163. Ex eo, quod verno potius tempore et autumnali eveniunt solent terremotus; ex eo iterum, quod frequentius terras concutiat in regionibus interim fungosis, et cavis, argumentum desumit Aristoteles, ut eveniant terremotus ex copia halituum, sive exhalationum in terrae sinu inclusa: nam et abundant magis in praedictis temporibus exhalationes, et loca ejusdi sunt magis apta, ut edidant exhalationes plurimas, ex quibus flammarum eruptiones proveniunt.

164 Hiatus terræ descissionis magna diversitatis, et effectus sæpe rarius admirationis pariunt, rem ora jis eam, quæ arcus fremitui atque terrori eam dij adest. tunc dehiscens terra non semel urbes integras absorbuit, et hiatus deinde clausit, earum vestigia quovis desiderato. Aliquando in nobis Montes exiverint fonis de in Continente, quæ in Mari. Amnes vero insolitum tenuere Decursusque fluxus, versus eos pars, ad quas prius aqua defluevat, atolentese dorso terræ substinen...

165 Fontes, lacus, flumina sunt antiqua non nulla exsiccata, et sepulta, (et) et è terranis alia de novo aperta alicu... bi post terræmotum aquæ fluxere calidæ, quæ prius frigidæ, vice versa acidæ alicui. Ignis quoque eruptiones in terræmotu non raro eveniunt, vel subsequuntur. Istis eruptionibus satis demonstrantur ignes subterranei, aliis ex terræ mirabilibus; quos negare non possumus. Horum in terræ visceribus fomes, seu pabulum assignatur sulfur, et viturum. Sulfur, calore et succi, dare pollens. Viturum liquor, vel succus pinguis, et oleosus.

166 Utrumque parata quidem igni materies facile inflammanda vitis. Ad ignem diu alendum aptius viturum: ob suam namque pinguedinis præstat formiosum diuturniorem; eoque est ingenio, ut ardeat, ignisque conservet vel in ipsis aquis. Hoc est pabulum, quo

potissimum ignes aluntur subterranei, eo eo creditur, quod loca his
ignibus flagare visa reperiuntur sulphurea atque bituminosa.
Quanta sit intra terram horum ignium copia, significant
Montes Ignivomi observati in quavis e quatuor Mundi
partibus; Fontes quoque calidi. Et in his omnibus quot etiam
naturalia miracula.

167 In Islandia mons est Ignivomus nihil
summo in vertice ardens, atque ad radices e cavernis liquefactum ig
nis exundat. In Zelandia mons celeberrimus, eo quod ad vici
num Monasterium per canales aqua ignea deducitur. Cujus aqua ca
lida in proximum partem, qui proventa non congelatur. Aetna
quoque ab historicis, quam a Poetis mons celebratus, adjacens
cathanensi littori in Sicilia, sit nivibus servare fidem proxi
mis ad globum ignium, quem vomit e summo vertice.

168 Accedunt
alia quae generantur intra terram ipsam, et fossilia dicuntur, quae
ipsa terra, atque ex terrae fodinis eruuntur. Sunt hujusmodi sales,
sulphura, lapides, et metalla. Inter haec omnia valde mirabilem
invenio cum directivam, quam tractivam virtutem magnetis. Hanc
totum integrum volumen vix capiet. Reliqua fere omnia inter mi
rabilia, et vana sublimia non reputo. Legesis plura officii PP.
Cabrei, et Fabri.

169. In aquae mirabilibus occurrit primo motus ille

Maris, qui vulgò dicitur fluxus et refluxus. Omisso solisticalis motu æquationis et raptus. Causa illius ita est reddita, ut ingenuè fateantur scriptores nihil hactenus excogitatum fuisse, quod omni ex parte satisfaciat. Et Aalesius eximius illius pede sicco transivit intactum.

VI°. Quæritur deinde fluminum ac fontium origo. Hanc à Mari trahere, omnes è Sententia, quæ fit mea, infallibili suffragio Scripturæ: nam cap. 1. Ecclesiastes vers. 7. dicitur: omnia flumina intrant in Mare, et Mare non redundat; locum unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant. Mirabile tamen est explicatu difficile, qua ratione Maris aqua ad fontes accendat, ut inde per declivia dilabatur in flumina, et revertatur in Mare; præsertim cum multorum fontium superficies Maris sit altior.

VII. Hac in re sentio 1°. cum Benedicto, certum videri, quod aliqui fontes oriantur et flumina è pluviis, ac nivibus solutis. Quod et de pluviis perennis intelligo. Sentio 2°. probabile esse, fontes aliquos oriri ex aere nimium vaporoso, in Montium cavernis incluso, conversoque in aquam. Sentio 3°. per canales subterraneos vi maximi æstus, ac tempestatum posse aquam ipsam Maris expurgere ad fontes Mari altiores; posse quoque illam accendere, si derivatur è Mari in aliqua terræ maxime penetralia, quorum temperationes sint

spongiosè, et aridè, ne cū nec multū a terrā sup.ª sui si
partes ab his spiritus suasq. attrahat.

172. illis, si e concavis terrae,
in qua devenerit elevet in vaporem, verò facilè deuxtendo
in aqua ob qualitatem superioris loci. Distant fontiū, et
fluminū sublimes ma qualitates, effectusq. plurimi, sed
qui horū sui premat, in fonte aliq ipse diuexerit. In mis
da perfectiõ na scilicet animata iq deferor in libris de
anima considerandam.



In Aristotelis 3. libros de anima.

Opus Angelicis spiritibus custodibus cor tota anima dicatum.

Proemium.



[illegible] aae rationali praecipua, et hujus [illegible] omnia quae tractatus nobilius [illegible], sicut ipsa in se nexus est, ac confinium corporei et incorporei, cum hominis conveniens in ratione puri spiritus, atque cum illo per attitudinem ad componendum cum corpore totum animatum: ita opus istud ingenio maxime [illegible] aa rationali aequivalet, est confinium, medium, et nexus inter tractatum de rebus materialibus, seu corporeis, quasi appendix ad physicorum libros, et inter tractatum de rebus ut abstrahentibus a materia veluti preludium ad metaphisicae.

Cum praesens institutum,

Dnectionisque harum de anima disputationum cum precedentibus et subsequentibus. Ipsius argumenti dignitas satis ostendit ex prestantia formæ viventis presertim rationalis; atque ex Aristotelis sublimi ingenio et subtilissimo in his ejus libris nimium elucente, ut Themistius in proemio testatur. Cui potissimum nuncupare [illegible] Virginis Deiparæ, nisi Cœlestibus intelligentiis, Angelis, quibus Dei providentia beneficentissima curam animarum nostrarum demandavit. Vos purissimi spiritus, custodes nostri vigilantissimi accipite hanc animam, meque his absolvite curis.

Liber 1.us

De Vita, anima, et potentiis hujus in communi.

Imitatum librorum numerum, et ita rei tractandæ seriem, quam Aristoteles hic tenuit. Tribus quoque libris totum argumentum includimus. In primo suorum librorum comparavit totum impugnationibus antiquorum physica de essentia animæ. Nos in 1.º ea dabimus, quæ titulus ipse positus prefert. Agemus in 2.º de materiali anima, ipsiusque potentiis seu facultatibus. In 3.º de anima rationali, et potentiis ejus proprijs; sed omnibus

breuis, et quantum ad utilitatem poterit.

Sectio 1.ª

1.º Vita quid sit.

Subsectio 1.ª

Praemissa, et sententiae.

1. Ut diximus ab aliis fusi, quod per ordinem ad vitam tradi solet cogitationem, ut initium ducamus. Diu ius aperis a recepta vita. Praemitto sequentia. 1.º Indifferenter vita sumitur pro viuente, quod vita in actu 1.º dicitur; indifferenter pro vita li operatione, quae vita in actu 2.º appellatur. 2.º Datur vita tum pure physica, tum pure intentionalis, tum quoque physica simul et intentionalis. 1.ª viuens se exercet ut tale per actiones physicas, quae per istas tendat in obiectum. 2.ª tendit in obiectum absque actione physica.

2. 3.ª per actiones physicas viuens tendit in obiectum. Vita illa 1.ª plantis dicitur; 2.ª in Deo agnoscimus; in creaturis cognoscitiuis 3.ª Nota vitam realem, et propriam a nonnullis quandoque appellari vitam physicam; et in hoc sensu.

dicit physica etiam vita pure intentionalis. 3.º operatio latius p, quam per actio: nam actio est species operationis, huic superaddens specificam rationem causalitatis. Inde vita divina est propriè operatio, ut dicimus, PP. quae locutionibus conformat; non autem actio, cum haec limitationem perfectionis afferat.

3. 4.º Comm-unis est divisio actionis in transeuntem, et immanentem. Transiens recidet cum suo termino in agente, a quo profluit, sed in subiectum transit extraneum vocatur transiens. Immanens, quae manet in agente, a quo ponitur. At si maneat intra ipsam virtutem proximam, a qua provenit, dicitur immanens immediate; si vero non intra eam sit recidens, maneat tamen intra totum, sive suppositum, cuius est ea virtus proxima, denominatur actio mediate immanens, ut multis placet. Adde, quod si aliqua forte actio immanentiam habet, sed hanc non exigit, dicitur immanens per accidens; si autem eam exigit, dicitur per se immanens.

4 Ad opiniones. Prima Themistianorum, quibus est vita motus ab intrinseco sese immanens; et vivens est quod se movet ab intrinseco. Hoc videtur competere, et vivens, omnium procul dubio horum sensu est, atque expressit Philosophus lib. 8. physicorum text. 23. dicens: Aliis hoc est, et animatorum propriis, ipsa a seipsis moveri. Et conformat D. Th. Angelicus 1. pte. q. 18. articu.

l. et alibi. Cęterum q.d novo plena definitio q. viventis, et vitę in hoc posita sit, videtur nota falsitas.

5 Datur in lapide tendere in terram ex gravitate sibi intrinseca. Est aliquid se movens ab intrinseco, et motus ab intrinseco de se immanens; et tamen nec motus ipse vita est, nec lapis est vivens. Vide quid simile in aqua, igne, et quavis alia substantia non vivente, dum sua physica loca petunt in se et exstinc. Ob has et alias non paucas D.D. relictis definitiones illas Thomistarum non admittunt ut adequatum conceptum metaphysicum vitę et viventis.

6 Sed vias illi diversas ineunt, preserum dum conceptum communem omni vitę, et viventi quęrunt eorum multi. Vivens est, dicunt aliqui cum Molina, q.d ultra statum sibi connaturalem operatur immanenter, et perficitur per eas operationes. Est, dicit Arriaga, movens se ab intrinseco ad perfectionem sibi non debitam pro 1.o instanti suę existentię, et pro reliquis prefixe ut dependentem à sua causa efficienti. Dicit Compton allegans pro se Hurtado, est q.d sic perfectionem habet ab intrinseco ut illa ab extrinseco solum realiter haberi non possit.

7 Placet ceterum aliquis q.d de se in quocumque statu est immanenter operativum. Alii est principium operativum dans immanentiam ultimi immanentis immediatum. Alii cum Illuminato: principium ex propria

perfectione determinatum ad operandum potius immanens quam

transiens, tamquam ultimum suae virtutis. Restat adhuc Lossa-

da, suae exhibet definitionem. Benedictus sic: principium mo-

vendi se ab intrinseco ad suam perfectionem in statu 2.do naturae

sic perfectae.

8 Et de meo quid ego sentiam dico prae aliis defi-

nitionibus arridere mihi tertiam a Benedicto, si clarior

// esset sensus illarum vocum in statu 2.do naturae sic perfectae.

Qui sensus licet ab eodem Authore non nihil explicetur per haec,

// eam dum hic omnem perfectionem ad naturam seu operandi principium

// pertinentem, adhuc ego maiorem perspicuitatem desidero, si Deo

etiam accomodanda sit definitio, ipso diversas, modo suas

operationes, quibus vivere ipse intelligitur. nam actus necessa-

rij divinae intellectionis, et volitionis sunt in Deo per-

fectiones ad naturam seu operandi principium pertinentes;

et tamen sub aliquo priori ratione ad tales actus ipse Deus

intelligitur principium vitae, quae sunt ipsi actus.

Itaque bene

9 // respondebit citatus Author se nomine principij in statu

// 2.do naturae sic perfecto intelligere, quod principium sic habeat

proprietates, et passiones quae debentur ipsi; et de hoc asserere

quod si in tali statu possit ulterius movere se ab intrinseco

283 ad novas sui perfectiones ipsum esse vivens. At e contrario

